



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Vita Monastica. tit. 298

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

includit, nec fit propter verbum & præceptum Dei, sed solum ab homine excogitatum, auaritiæ & proprii commodi gratia sic erat Corban Mat. 15. Iudæorum, ad quos etiam dixit Christus: Hic populus (id est Iudæicus) labijs &c. Vide latius quid sit traditio humana supra. Patet ergo quod sectæ non habent iustam causam sui recessus. Nam nemo sic sentit de traditionibus humanis, sicut ipsi falso interpretantur, &c.

VITA MONASTICA.

TITVLVS CCXCVIII.

Causa 8.

MONachi extollunt opera sua supra legem Dei, quam tamen nemo potest seruare, id est, sua vota, paupertatem, castitatem, obedientiam, & illis volunt mereri vitam æternam. Subindè vendunt opera sua alijs, & illis donant vitam æternam. Tertio, sepeliunt in cuculla mortuos, ad merendam iustificationem aut remissionem. Et Missas venales habent pro viuis & mortuis, & aliud nihil sunt, quàm collegia indoctorum hominum, securius & beatius viventium quàm alij homines. Summa, tota illorum vita est superstitiosa & erroribus plena. Ideo sunt deferenda monasteria, &c. & totum mundum decipiunt sua falsa doctrina.

Primò, in vita monastica duo sunt, fides Christi, & præceptorum Dei obseruantia. Subindè specialis vestitus, & caremonia, inclusio in monasterio, & debitis ac certis horis die noctuque cultus diuini consummatio, & omninò pro communi statu Ecclesiæ, aut studendo, aut prædicando, aut confessiones audiendo, &c. In fide pares sunt omnibus fidelibus baptizatis, Galat. 3. Omnes vos vnum estis in Christo, Iudæi & Gentes, id est, in fide: hic Cæsar, rusticus, vir & mu.

& mulier, monachus & sacerdos pares sunt. Subindè, quo ad obseruantiam præceptorum quoque ex æquo sunt pares & obligantur. Nam fides legem non abolet, Roman. 3. Sic Ioannes Baptista fide in Christum & obseruatiã legis, par erat ceteris. Sic est vnum fundamentum salutis laicis & clericis, præter quod non potest aliud poni, i. Corint. 3. quod est Iesus Christus, qui tollit peccata mundi, Ioan. 1. Et agnus Dei est pro nostris peccatis oblatuſ solus, non Dominicus, non Franciscus, aut aliquis sanctorum.

Secundò, supra hoc fundamentum alius ædificat aurum, alius fœnum, &c. aut alia facit opera, & vitam ducit diuersam. Vnus sic viuit in seculari statu aut matrimonio, alius in monasterio, speciali vestitu, & operibus seruit Deo, & cuiusque opus probat ignis, id est, iudicium Dei, &c. sic Ioannes Baptista indutus pelle cameli, non bibens vinum, Matt. 3. habitans in deserto &c. seruit Deo, Abraham, Dauid, Zachæus, Zacharias, communi vestitu morantur inter homines, & placent Deo, omnes seruiunt DEO: sed quis perfectior sit, Deus iudicat. Vita monastica eo sine commendatur, quòd commodius & minori impedimento facit seruire Deo & Euangelio, seruire præcepta Dei, &c. quàm in seculo quis posset curis secularibus impeditus. Sic castrant se propter regnũ Dei, id est, ad seruiendum Euangelio, Mat. 19. Sic cum Christo non habent, vbi caput reclinẽt, id est, nec diuitias, vsuras, castra, domos proprias, nisi ad inhabitandum. Sic cum Christo seruant obedientiam, vnusquisq; in suo genere. Sic etiam faciunt in monasterio propter Christum, qui obediens fuit patri, Phil. 2. Hæc enim mala esse non possunt, &c.

Tertiò, tribuere meritum remissionis peccatorum & vitæ æternæ, vitæ monasticæ & suis ceteronijs, falsum est. Vnus est Deus, qui propter Christum iustificat Roman. 3. & 8. Vendere opera, Missas, sicuti venduntur

656 SVMMA DOCTR. CHRIST.
 duntur calceamenta, falsum est. Nam est hinc fraternitas
 & amicabile commutatio, quam Paulus Galat. 6. 1.
 Corinth. 9. Si vobis spiritualia seminamus, vel oran-
 do pro vobis, aut prædicando & docendo, &cæt. Ma-
 gnum videtur vobis, si carnalia vestra metamus? cu-
 cullam mortuo dedisse remissionem peccatorum, ne-
 mo vnquam docuit: fuit quibusdam cõcessa, qui cam-
 petierunt in eum finem, vt cæteri viderent ex tali ve-
 ste pœnitentiæ se verè doluisse de peccatis suis, sicut
 etiam sepulcris imponitur crux de absinthio, &c. Mo-
 nachos falsa doctrina mundum corrupisse, hoc non
 de antiquis monachis, Augustino, Hieronymo, Gre-
 gorio, Hilario, nec de recentioribus doctis & sanctis
 monachis, quorum scriptorum maximus est nume-
 rus in Ecclesia, &c. est, sed de Pelagio, Lutero, Occo-
 lampadio, Munstero, Spangenbergio, Guttelio, Bu-
 cero, & alijs apostatis Monachis intelligendum est.
 Summa, auaritia ad bona temporalia inculpat Mo-
 nachos, & æstuant illorum possessiones, odium quo-
 que in personas propter reclamationem & hæresim,
 nam omnis apostata est persecutor sui ordinis. Sic de
 Ioanne Baptista, licet esset sanctissimus inter natos
 mulierum, Matt. 11. attamen Iudæi dicunt, dæmonium
 habet, & de Christo, quia comedit & bibit cū pecca-
 toribus, dicunt eum potatorē vini, &c. Sic est mūdus
 immūds, sed inquit Christus, cui assimilabimus, &c.

QVOD MORTVOS HO-
 mines adoramus.

TITVLVS CCXCIX.

Cau. 10.



ECima causa recessus sectariorum est,
 quia inquit: Nos adoramus sanctos,
 qui mortui sunt, & nesciunt nostras pre-
 ces, attamen illos inuocamus: deinde
 mediatores illos facimus & auxiliato-
 res, qui nobis auxiliātur in tribulatione & nostra ne-
 cessitate, tribuentes huic sanctitatem, alteri fortunā.
 Postremo,